Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 285

, 195.

„censis et de exemplis magistri petri de vitriaco quondam Ecclesie Romane tusculanensis eccle„sie Cardinalis et de aliis" &c.

Stephanum de Borbone a familia, de Bella villa vero a patria dictum, Ord: Prædicatorum, qui vi„xit ao 1262 tractatus hujus esse authorem doctus sum a Quetif: T. I. p. 184. qui simul asserit, in Speculo morali Vincentii Bellovac: dimidiam fere partem ex Stephani hujus opere de donis Spiritus S. esse descriptam.

Cod: CCLXXXV.

Chartac: 4. Sec: 15. B 6.to.

1.

Meditationes de passione D: N: J: Christi. 1a – 112a

„Rubrica: Incipiunt Meditaciones de passio„ne D: N: J: Christi". Initium est: "Videns „vidisti domine afflictionem". In fine: "Expli„cit feliciter Tractatus de passione Domini. „Per manus fratris Johannis Sierpolczperger de patavia (a) Anno domini 1490. Eiusdem tractatus meminit Braun in Notit: Mss: Vol: III. p. 123. et habetur supra in Cod: CXXV. ubi Sylvestro de Rebdorff adscribi„tur.

(a) Prof: monast: nostri.

2.


S: Thomæ Aquin: Officium decor„pore Xti. 119a – 131b

Haund a Tiergolz.

„S: Thomæ Aquinat: Officium de corpore Xti cum lectionibus per totam octavam. Pri„ma lectio incipit: "Immensa divina largi„tatis beneficia". Plura de iis occurrunt in Cod: CXXII n: 6.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 285

, 196.



3.

Thoma Kempen. libb. IV. de imit. xti. 132a – 197b

Rubrica est: "Incipit liber primus fratris Thome de Kempis canonici regularis ordinis S. Augustini de imitatione xti et de contemptu omnium vanitatum mundi". Incipit: "Qui sequitur me! In calce additur: "Explicit liber quartus et ultimus de sacramentalibus fratris Thome de Kempis de imitacione xti et de contemptu mundi devotam etutile opusculum finit feliciter! Eiusdem operis fragmentum exhibet Cod: CXII. n: 2.

4.

Joan: Gersonii tract: de meditatione cordis. 198a – 202a

Joannis Gersonii tractatus de meditatione cordis. Incipit: "Meditacio cordis mei." Occurrit in Cod: CCLXXIV. n: 9. In fine praesentis legitur: "Tractatulus venerabilis magistri Johannis Gerson de meditacione cordis argentine impressus per Martinum Flach anno domini MCCCCLXXXVII. (a) Per me fratrem Petrum Pirchinger profes, sum in Glewnich / Gleink / eo tempore ho, spes in Seytenstetten ibidem finit feliciter." Idem Petrus precedentes quoque libros de imitatione Christi manu propria ele, gantissima exaravit.

(a) Sed qui fit, ut haec editio nem penitus ignorare videantur Maittaire et Michael Denis?

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 285

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27638

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)